

scilicet aliquis (63) ASINUM VIVIT ponitur hic nomen accusativi casus
 pro adverbio et regitur a verbo in transitivo ex vi modi et est sensus
 VIVIT ASINUM id est asinine³⁶ vel ad modum asini. (64) LEVIS ATQUE
 INCONSTANS scilicet aliquis³⁷ existens STUDIA PERMUTAT ? (65) NICIL
 DIFFERT AVIBUS. PEDIS IMMUNDISQUE LIBIDINIBUS IMMERGITUR scilicet aliquis?
 (66) DETINETUR scilicet talis VOLUPTATIBUS SORDIDE SUIS. Et sic de ce-
 teris viciis convenit³⁸ adaptare. Unde concludit dicens (67) ITA FIT UT
 QUI DESERTA PROBITATE DESIERIT ESSE HOMO; CUM NON POSSIT TRANSIRE IN CONTI-
 CIONEM DIVINAM VERTATUR IN BELVAM.

[IV m 3]

VELA NARICII DUCIS metrum tercium libri quarti quod dicitur Gliconium¹
 de quo habitum est supra libro primo metro sexto. Nota tamen quod, cum
 in huiusmodi metro primus pes communiter sit spondeus, hic tamen ponitur
 trocheus. In hoc autem metro ostendit transformationem hominis per vicia
 peiorem esse transformatione corporali illa qua socii Ulixis finguntur
 transformati.² Et circa hoc duo facit. Primo ponit fabulam de trans-
 formatione sociorum Ulixis. Secundo ponit comparacionem istius trans-
 formationis que fit per vicia ad illam fabulosam³ ibi (29) O LEVEM NIMIUM.

36 asinine J / 37 aliquid J / 38 convenit R ^u _β DJP contingit O
 sit PeG /

1 glicorium J / 2 transformati JORD transformari PPeG /

3 fabulosam RPO fabulam J /

Fabulam de transformacione sociorum Ulixis ponit Ovidius Methamorphoseon libro XIV. Est autem fabula huiuscemodi. Ulixes post bellum Troianum, cum redeundo ad propria diu per mare ^u vagatus esset, tandem appulsus est ad quandam insulam in qua manebat dea quedam Circe nomine filia Solis, que per carmina et pociones ^u consuevit ^u hospites suos in ^u diversas mutare bestias. Socios etiam Ulixis qui ad eam premissi fuerant ^u mutaferat per tales pociones. Mercurius ^u vero Ulixi ^u florem album dedit et quomodo ^u pocionem ^u veneficam ^u vitaret ^u instruxit. Quamvis autem isti sic mutarentur ^u quantum ^m ad figuram corporis, remansit in eis mens integra exclusa omni ^u bestiali ^u seycia. Hoc licet ^u Ovidius inter fabulas suas ponit, non tamen totum creditur fabulosum quin immo est aliquid ^u fictum et aliquid ^u verum. Fuit enim ista Circe secundum ^u veritatem hystoricam maga quedam famosissima, ut patet per Ysidorum Ethymologiarum libro octavo capitulo de magis. Unde propter scienciam artis magice et potenciam operandi per eam fingitur fuisse dea. Item quia fuit multum pulcra fingitur fuisse filia Solis. Item quia Ulixes per prudenciam suam ab amplexu istius ⁴ mage se continuit, que ipsum ad hoc sollicitabat, Nec non et pociones eius precavit, Ideo fingitur florem album et instructionem a Mercurio, qui est deus prudencie, accepisse. Inhabita^uvit autem hec maga quandam insulam

a XIV 245 et s.

b VIII ix, 5

4 mage JORD magice PPeG /

secundum ^u veritatem hystoricam que ad regnum Tracie pertinebat, cuius rex
erat Ulixes, ut ^u ⁵ dicit Alyredus rex in Anglico. ¹² Transformacio autem
sociorum Ulixis eciam a multis creditur ^u veraciter contigisse. Unde
beatus Augustinus de civitate Dei libro 18 capitulo, ⁶ ¹⁷, dicit quod Varro
ad astruendum ⁷ transformacionem sociorum Diomedis in aves eciam hoc
adducit quod hic de transformacione sociorum Ulixis in bestias dicitur.
Idem ⁸ narrat ⁹ quod Archades sorte ducti transnatabant quoddam stagnum
atque ibi ^u convertebantur in lupos et cum similibus feris per deserta
regionis illius ^u vivebant, qui si non ^u rescerentur carne humana post novem
annos eodem stagno renatato ¹⁰ reformabantur in homines. Item narrat de
quodam qui ^u vocabatur Demenetus quod, cum gustasset de sacrificio quod
Archades immolato puero deo suo Liceo facere ^u consueverant, in lupum mutatus
est et decimo anno forme proprie restitutus. ¹¹ Apuleius eciam Platonieus
in libris quos titulo Aurei Asini prescripsit dicit sibi accidisse quod
cum accepisset quoddam ^u venenum mutatus est in asinum humano animo perma-
nente. Narrat autem Augustinus libro eodem capitulo 18 quod cum esset in
Ytalia audivit quod in quadam regione illius terre fuerunt quedam mulieres
malis ¹² artibus imbutae que in caseo viatoribus dare solebant, unde in
iumenta illico ^u ¹³ verterentur et necessaria queque portarent ac post perfuncta

2^a C. 38, 1

G CSEL, II, 288

C. Mat. III 24

5 ut RPPeGD ubi JO / 6 ^u ylt' J / 7 astruendum JORD instruendum PPeG /
8 idem JOR item PPeGD / 9 m^arat J / 10 renatato J / 11 estitu-
tus J / 12 malis JORD magicis PPeG / 13 ^u verterentur JOD ^u yertebantur
R mutarentur PPeG /

Opera iterum

operatiterum¹⁴ ad se redirent nec tamen mentem in eis fieri bestialem
 sed rationalem humanamque¹⁵ servari. Durum autem dicere videtur quod tot
 et tantis assercionibus nichil veritatis subsit sed multo videtur diffi-
 cilius concedere quod anima rationalis vivificare possit corpus brutale¹⁶
 quod per predicta innui videtur. Ad videndum ergo quid veritatis in pre-
 dictis narrationibus fuerit primo inquirendum utrum talis transmutacio
 facta fuerit secundum realem existenciam vel solum secundum quandam appa-
 renciam. Deinde posito quod secundum apparenciam tantum facta fuerit
 declarandus est modus illius apparencie. Est igitur considerandum quod si
 transmutacio corporum de qua hic loquimur fuerit realis, oportet quod fuerit
 vel secundum substanciam vel secundum accidencia.¹⁷ Quod autem fuerit
 secundum substanciam est impossibile, quia in tali transmutacione inducitur
 nova forma substancialis. Unde si corpus humanum secundum substanciam
 transmutaretur¹⁸ in lupinum necesse esset induci illam formam substancialem
 per quam corpus esset lupinum, cuius modi est ipsa forma substancialis
 lupi, aut ergo necesse esset abici formam illam per quam fuit corpus humanum
 et sic non remaneret mens rationalis sicut in ista transmutacione supponi-
 tur. Quamvis enim dato quod in homine essent plures forme substanciales
 ita quod alia sit forma per quam est corpus ab anima intellectiva, non
 tamen est corpus humanaum, per aliam formam ab ista, aut necesse est idem

14 opera JOD om. R operatione PPeG /
 17 accidencia RGPeOD accidenciam PJ /

15 -que om. J / 16 brumale J /
 18 mutaretur J /

corpus numero informari duabus formis specificis scilicet forma hominis
 et forma lupi, quod non solum est impossibile sed etiam contradiccionem
 includit. Unde nec potencie diuine subiacere potest huiusmodi trans-
 formacio. Transmutacio vero secundum accidentia est duplex, quia vel
 secundum illa accidentia que sunt dispositiones appropriantes et deter-
 minantes materiam¹⁹ ad determinatam formam et alia accidentia que
 consequuntur speciem vel secundum alia accidentia indiuidui et que ex
 causis extrinsecis proueniunt. Quod autem ista transmutacio facta sit
 secundum accidentia primi generis, eque videtur impossibile sicut et
 secundum formam substantialem. Huiusmodi enim accidentia vel talia sunt
 per que materia redditur proportionalis sue forme, cuiusmodi sunt disposi-
 ciones necessarie ad formam, quia secundum philosophum in secundo de
 anima in paciente et disposito actiuorum insunt actus et ibidem infra:
 uniuscuiusque actus in eo quod in potencia est et in propria materia
 fuit aptus natus fieri, vel que ex determinata proportione materia²⁰ ad
 formam resultant. Sicut autem impossibile est unum et eundem numerum
 secundum eandem proportionem referri ad diuersos numeros, sic impossibile
 est materiam secundum unam et eandem dispositionem proportionari diuersis
 formis vel ex diuersis proporcionibus eadem accidentia causari. Unde

19 materiam PPeGRD naturam JO / 20 materie ORD ~~ne~~ J nature PPeG /

est omnino impossibile animam intellectivam uniri materie disposite
 secundum proporcionem debitam ad formam lupi vel etiam accidentis neces-
 sario consequencia proporcionem materie ad formam lupi consequi propor-
 cionem materie ad animam intellectivam. Unde et transmutacio secundum
 huiusmodi accidentia totaliter est impossibilis.²¹ Ex quo necessario
 consequitur quod si ista transmutacio de qua hic agimus fuerit aliquo
 modo realis, quod solum fuerit secundum alia accidentia individui et ab
 exterioribus causis proveniencia, quemadmodum videtur contigisse de rege
 Nabugodonosor, de quo legitur Daniel. 4., quod ex hominibus abiectus
 est et fenum ut bos comedit²² et rore celi corpus eius infectum est donec
 capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent et ungues eius quasi
 ungues avium.²² Sed quia transmutacio secundum talia accidentia quamvis
 abducatur ab expressa representatione speciei humane vel propter deforma-
 tionem figure per quam maxime indicatur species vel propter aliqua alia
 tamen non videtur sufficere ad representandum tam determinate et tam
 distincte species brutorum animalium²³ sicut hic insinuari videtur.²⁴
 Et ideo racionabiliter credi potest quod ista transmutacio fuerit secundum
 apparenciam magis et fantastica, cui concordat beatus Augustinus ubi supra.
 Sicut enim in sompniis fantasia²⁵ hominis representat aliquid aliud quam
 est sopitis sensibus exterioribus, sic contingit²⁶ non numquam²⁷ quod²⁸

av. 30₂

21 impossibile PeGO (?D) impossibile PJR / 22 et rore (rorem J) celi
 corpus eius infectum (perfusum R) est donec capilli eius in similitudinem
 aquilarum crescerent, et ungues eius quasi ungues avium JORD etc. PPeG /
 23 aliquem J / 24 videntur J / 25 fantasia R fantasie Pe(?P) om. GG
 fantasticum JOD / 26 sic contingit O et sic contingit D sicut contingit
 PPeG sicut convenit J om. R / 27 non JOD om. PPeGR / 28 quod
 om. J /

^uvigilando illud fantasticum per aliquod medicamentum sic disponatur quod
 homo sibi ipsi ^uvideatur talis qualis in sompniis ^uconvenit ^uvideri licit
 talis non sit, sicut ^uconvenit in furiosis et freneticis qui credunt
 multa circa se fieri que ^u30 ^uveraciter non fiunt. Unde non ^uvidetur racional
 quod Nabugodonosor ad pastum iumentorum comedendo fenum se transtulisset
 nisi quod insania³¹ exagitatus se ipsum iumentum reputabat aut feram,
 propter quod eciam a consorcio hominum abiectus cum feris habitabat. Non
 solum autem ^uexenit quod homo sibi ipsi appareat aliud quam est sed eciam
 apud sensus alienos. Hoc idem ^uconvenit ex ^u~~scilicet~~ causa duplici, ^uvel ex
 illusionem ^ufantastice ipsius videntis que ex ^uvariis causis contingit sicut
 credibile est quod euenerit servis Sisinnii quid ^uad preceptum domini sui
^uvolentes ligare beatum Clementem ligabant quendam ^u32 ^ucolumpnam iacentem,
 ut in ^uvita besti Clementis legitur, ^uvel ^uaspersione alicuius pulveris ^uvel
 liquoris ^uvel alterius rei super rem ^uvisam, cuius modi signum est quod
 si res sic aspersa abluta fuerit aqua redditur ei species sua prima.
 Unde in secundo libro Willelmi Malmesburiensis de gestis Anglorum legitur
 quod quidam ephebus moribus³³ ^uhistrionicis ^uvictum exigens exceptus est
 hospicio a duabus aniculis commanentibus in strata publica qua Romam
 itur.³⁴ ^uQuem sibi ipsi et aliis asinum ^uvideri fecerunt qui quocumque modo

 29 ^uconvenit P contingit P&G ^u9^t JORD / ^u30 qua J / 31 insania J
 inania OR inani P ignavia PeG ira in via D / 32 quadam J / 33 moribus
PPeG motibus JORD / 34 it J /

precepisset anus moyebatur. ^u Quamvis enim amiserat loquelam non tamen
 amiserat intelligenciam. Cum ^u vero propter miraculum gestum³⁵ emeret³⁶
 eum ^u vicinus ^u dives, ^u premonitus³⁷ est ut si perpetuum ^u vellet habere his-
 trionem arceret eum ab aqua. Cum³⁸ autem custos eius labente tempore
 negligencior esse cepisset, asinus rupto loro effugiens in lacum proxi-
 mum se proiecit et diucius in aqua ^u volutatus figuram sibi restituit
 humanam. Multa suppetunt et alia exempla que in ^u diversorum scriptorum
 libris legi quibus ^u evidencius ostenditur fantasiam hominis predicto modo
 illudi posse, quibus pro ^u vitando fastidio ad presens supersedeo. Et hec
 dicta sufficiant ad de ^u clarandum quid ^u veritatis habere potest quod de
 predictis asseritur transmutacionibus. Ordina litteram sic (3) EURUS
 id est ^u ventus ille collateralis Subsolani a parte australi APPULIT VELA
 DUCIS NARICII id est Ulixis qui denominatus est Naricius a loco ^u vel
 regione de qua oriundus erat ET RATES VAGAS PELAGO INSULE (4) QUA id est
 in qua insula PULCRA DEA id est Cyrcce EDITA id est genita SEMINE SOLIS
 RESIDENS³⁹ (6) MISCET NOVIS HOSPITIBUS id est sociis Ulixis POCULA TACTA
 CARMINE (8) QUOS scilicet hospites UT id est postquam (9) MANUS HERBI-
 POTENS id est potens herbarum (10) VERTIT IN VARIOS MODOS id est varias
 figuras bestiarum (III) HUNC id est unum illorum TEGIT APRI FACIES (12)

35 miraculum gestum RD miraculum gestuum JO mirabilem gestum PPeG /
 36 emerat J / 37 premotus J / 38 tum J / 39 recedens J /

ISTE id est alius LEO MARMARICUS id est Affricanus DENTE CRESCIT ET UNGUIBUS (13) HIC id est unus alius NUPER LUPIS ADDITUS (14) DUM PARAT FLERE scilicet propter suum infortunium ULULAT. (15) ISTE scilicet alius OBAMBULAT TECTA MITIS UT TIGRIS INDICA non quod tigris indica mitis sit sed quia mutatus in tigrim indicam propter mentem rationalem remanentem mitis est. (17) SED LICET NUMEN id est deitas ALITIS ARCHADIS id est Mercurii qui colitur in Archadia qui dicitur ales eo quod fingitur habere alas in pedibus ad designandum ^uvelocitatem motus eius (19) MISERANS DUCEM scilicet Ulixem OBSITUM VARIIS MALIS (20) SOLVERIT id est libera^uvit PESTE HOSPITIS scilicet Circea (21) TAMEN REMIGES scilicet Ulixis IAM MALA POCULA TRAXERANT ORE (23) IAM SUES id est effecti (24) VERTERANT⁴⁰ id est mutaverant^u PABULA CEREALIA id est pastum de Cerere scilicet panem qui est cibus humanus GLANDE que⁴¹ est cibus suis (25) ET PERDITIS (26) VOCE CORPORE scilicet hominis NICHIL MANET INTEGRUM scilicet de figura humana. (27) SOLA MENS STABILIS SUPER scilicet existens (28) GEMUIT⁴² MONSTRA QUE PATITUR id est monstruosam mutacionem quam sustinet. Deinde cum dicit (29) O LEVEM comparat mutacionem hominum secundum mores ad istam corporalem mutacionem ostend^{ens}us illam que est secundum mores peiorem esse quia per illam transmutatur homo secundum mentem que est melior

 40 ^uvertant J / 41 qui J / 42 genuit J / ~~43 vertant J /~~

corpore; in alia vero remansit mens trans mutato corpore. Unde dicit
 (29) O admirati^uve MANUM scilicet Circes⁴³ dico NIMIUM LEVEM id est im-
 becillum scilicet in comparacione ad transformacionem que fit per ^uvicia⁴⁴
 (31) NEC GRAMINA POTENCIA scilicet dico (31) QUE LICET VALEANT VERTERE
 MEMBRA (32) NON VALENT VERTERE CORDA quod patet quia (33) INTUS EST VIGOR
 HOMINUM scilicet non obstante mutacione exteriori (34) CONDITUS id est
 absconditus ARCE ABDITA⁴⁵ id est in mente. (35) HEC VENENA scilicet
^uvicia POTENCIUS (36) DETRAHUNT HOMINEM SIBI (37) QUE scilicet existencia
 DIRA PENITUS MEANT id est totaliter pertranseunt (38) NEC NOCENCIA
 CORPORUM (39) SEVIUNT id est sequire faciunt VULNERE MENTIS.

[IV p 4]

TUM EGO prosa quarta libri quarto in qua probat Philosophia miseros
 in eo miseriores quod cupita perficiunt quam si ea non perficerent. Et
 dividitur hec prosa in tres partes, In quarum^{prima} ostendit improbos miseri-
 ores esse quod cupita perficiunt quam si ea non perficerent. In secunda
 ostendit improbos miseriores esse si sint inpuniti quam si sint puniti
 ibi (39) NAM HOC QUOQUE. Tercio ostendit miseriores esse illos qui
 faciunt iniuriam quam qui¹ paciuntur ibi (114) NAM NE² ILLUD. Circa

43 circe J / 44 vicia ^uJORD yicia nature PPeG / 45 abdita RPD
 abscondita JO /

1 qui RPO om. J / 2 me J /